

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

No. 11.

---

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos  
et vita functos.*

Ad Georgium Christoph. Lichtenberg —  
in Elysio.

Ex mundo superiore.

---

Elysium-Meum, Die Veneris, 23. Feb. 1810. (Neov, 6. Feb, 1810.)

---

**L**æta erat feliciter eventurorum expectatio —  
quarto bello Austriam inter & Galliam Pace  
Vindobonensi terminato existimabatur, mutuo  
sermone ferebatur: quodvis bellum in Con-  
tinente in effectum deducibile non esse, quis  
bellum occipere auderet? — Germania per-  
petuam pacem adepta videtur.

At bellum maritimum quod universum  
orbem terraqueum ambit! quasvis etiam per-  
tes ejus jam mediate, jam immediate adfi-  
cit, die 23. Jan. Londini Sessioni Conven-  
tus Parliamentaris a Mædatariis nomine Re-  
gis initium datum est. Occasione id genus  
inchoationis continuo Orationi, quæ nomi-  
ne regis habetur, attenditur, quoniam futu-  
ræ Anglicani regiminis operationes — bel-  
lum aut pacem portendentes ex ea elatent.  
**Est declaratio consistorum regiminis, quæ ani-  
mæ fovet exequenda.**

Hac occasione auspiciandi Conventus Sessiones, Mandatarii Proceres (Lord) regis voluntatem intuitu futurorum ita expressere: dolere Maj. Suam Austriam intensiones virium adversus Galliam non alium effectum tulisse, quamquam Austria bellum hoc absque Angliæ iuvenimento iniverit; æque dolori cedere Sæ Maj. expeditionem in Scaldim principi scopo non respondisse, at eversionem portus Vassagæ pro grandi emolumento securitatis suarum ditiorum considerandam esse. Dolere Suam Maj. Sveciæ tam magna sacrificia facienda fuisse, pacis obtinendæ gratia, verum non indignari eidem, quod se in partem tractatum non vocaverit. Sperare se, Generalem Statuum (Cortes) Conventum alacritatem Hispanicæ nationis de novo excitaturum, eamque eo deducturum, ut libertatem suam defendat. Regentem Principem Portugalliæ plenam fiduciam locare in Suam Maj. intuitu defendendæ tuendæque Portugalliæ. Continuo paratam esse se, ad amicam cum America compositionem, licet inopinata tractationes abruptæ sint. Tum conversi ad Curiam inf. (Commons) dicebant Lordii Commissarii: Jussos se ei necessarias hujus anni erogationes substernere, atque omnem cum publica securitate consistentem parsimoniam commendare, certam eam reddendo: Regiam Maj. Zelo, & fideli ejus propensione fidere, una vero dolere, suis subditis nova onera impenenda se augurari debere.

Hac occasione suspicandi Conventus Sessiones, Mandatarii Proceres (Lord) regis voluntatem intuitu futurorum ita expressere: dolere Maj. Suam Austriæ intentiones virium adversus Galliam non aliam effectum tulisse, quamquam Austria bellum hoc absque Angliæ incitamento inierit; æque dolori cedere Sæ Maj. expeditionem in Scaldim principi scopo non respondisse, at everisionem portus Vissogæ pro grandi emolumento securitatis suarum ditionum considerandam esse. Dolere Suam Maj. Sveciæ tam magna sacrificia facienda fuisse, pacis obtinendæ gratia, verum non indignari eidem, quod in partem tractatum non vocaverit. Sperare se, Generalem Statuum (Cortes) Conventum alacritatem Hispanicæ nationis de novo excitaturum, eamque se deducturum, ut libertatem suam defendat. Regentem Principem Portugalliæ plenam fiduciam locare in Suam Maj. intuitu defendendæ tuendæque Portugalliæ. Continuo paratam esse se, ad amicam cum America compositionem, licet inopinata tractationes abruptæ sint. Tum conversi ad Curiam inf. (Commons) dicebant Lordii Commissarii: Jussos se ei necessarias hujus anni erogationes substernere, atque omnem cum publica securitate consistentem parsimoniam commendare, certam eam reddendo: Regiam Maj. Zelo, & fideli ejus propensione fidere, una vero dolere, suis subditis nova onera impenenda se augurari debere.

Allocutio hæc Gallicis officiosis paginis ad verbum edita, Commentationibus & animadversionibus refutata legitur.

Ad refutationem bene probe intelligendam meminisse oportet terrifici Jussi ab Anglicano regimine editi anno 1807 quo Anglia *principium* adoptavit; omnes naves, quarumvis orbis nationum cujuscunque nominis fuerint, merces evehentes in Angliam adpellere ibi telonium pendere debere, tum primum obtentis Anglicanis Commercatus litteris ad destinationem proficisci posse.

Expendantur æque id genus Jussi! — per hoc totus orbis Angliæ fit tributarius, imponunt ii omnibus orbis Incolis speciem Accisæ, offendant directe navium ad destinationem locum itineri, in summa: onera imponunt omni, quod in optimo hoc mundo vivit, viget, & natat.

Contra Europæi continentis Status aliam agendi rationem adoptant, prohibent quibusvis Anglicanis navibus, eundisque aliarum Potentiarum tyrannicum tale tributum Angliæ dependeatibus, aut in itineratione visitationi se subjicientibus aditum ad portus suos — hæc hodiernorum orbis adjunctorum ratio, hæc brevis vitæ ærumnosa conditio est! —

Ex epilogo orationis ad Parlamentum, & adaëxis Menitoris glossis, intelligitur adjunctorum hodiernorum ratio in hæc argumento, cum Anglia in eo luculentissima, & maxime perspicua ratione se explicuerit, sic sonat.



Hodiernum odium hostium nostrorum continuo eadem vehementia nos ferit — ad securitatem occupatarum ditionum Suae Maj., conservandas, atque in nos, foederatosque nostros directa consilia in irritum vertenda maximam vigilantiam, alacritatem, perseverantiam intendamus oportet. In omnibus periculis, & difficultatibus Sua Maj. sperat nimia cum fiducia: se continua divinae providentiae benedictione, & Parlamenti sui sapientia, strenuitate copiarum suarum alacritate & viribus subditorum suorum efficacissimam opera deprehensuram."

*Adnot. Monitoris.* „Ubi est argumentum vanianiani odii quo hostis vos prosequitur? Dico potentissimi orbis Imperantes an Erfurti non convenere ad pacem vobis offerendam? — Nuper adhuc admodum, dum intus Captorum bello tractationibus vos ingerere cunctabamini, An non Morlacum Mandarios expedire noluitis? Propositio hujus argumenti auctoribus vobis facta est, & tamen ubi ex officio vobis innotuisset, id delinastis, cum metueritis per id paci accessionem procuratum iri. — Imperator Russiae & Galliae pacem volunt, quod potentes & magni, ambitu naturalique fertilitate territorii sui, sint. Contra Anglia eam respuit, quod commercium quarumvis gentium praestantibus Tabellis Parlamentaribus delixis subijcere, quod quasvis naves cujuscunque vexilli etiam fuerint, ad adpellendum Londanum adigere, quod Jus consumptionem, to-

tus orbis tributo afficiendi arrogare sibi velit! — Cedite his prætensionibus, utinam Angliæ bonus genius oculos aperiat! — Renunciata inquam, prætensionibus vestris, quas conservare tamen nequitis; ob quas Centinens patitur quidem, at quæ demum interitum vestrum adferent. Ponite Jus vestrum meritum ad eum, quod ante sexennium fuit, statum; Recipite illa pernicioosa Consilii jussa, quæ nullus unquam Status præbere potest, quippe Russi, Galli, Americani prius Regem vestrum Regem Petropoleos, Moscovæ, Parisiorum, Venetiarum, Romæque, Bostoni, & Baltimore agnoscent, quam vestri Consilii jussa acceperint, se iis subdant, quæ nihil sunt minus, quam jussa Proclamationis orbis Monarchiæ.

Nulla unquam tempore id genus oratio ex solio Angliæ auribus excepta fuit, & ea, quæ Imperantem Nationis hæc ratione loquentem inducit, argumentum præbet, in omnibus ætionibus tantumdem bilisquis locutionis quantum parum prudentiæ, & veræ magnitudinis dominari.

Sane hæc oratio eadem manu est scripta, quæ Mandata D. Wellesley in Hispania, Lordii Chstami in Walchra, & Jussa Consilii Anni 1807 adornaverat, continetur ei eadem mixtura non connexi, & maledigesti operis.

*Holmia 28. Jan.* Hesterno noster Coronæ princeps, Princeps Augustoburgicus solennem ingressum habuit. Hodie Status Electionis

Legem ei exhibituri, qua Imperio præfectus est; ubique in itinere magno Jubilo, & proensione exceptus est.

Statum Colonialis noster autem mordicus contendit: præstationes, & onera æquis partibus dividenda esse. — Nobilitas intuitu hujus nulla exemptione, & privilegio fruatur; hoc argumentum excitat attentionem. — D. Comes Jacobus de la Garde in Curia Equitum propositionem facit, ut Nobilitas privilegii sui renunciet, quod genus Seculi in hoc argumento Sveciam usque penetraverit. Ob hæc patriotica sententia Colonialis Status deputationem gratiarum actoriam ad eum expedit, verum Equestris summam indignationem ea propter ei declarabat.

*Parisis die 2. Febr.* Heri hora prima Sessio hoc anno Collegii leg. ferend. inchoata est. Tres Consilarii Status: Treilhard, Faure & Giunci comparuerunt. Ille prælegit tria Cæsarea nuncia, quibus Collegio significatur: Ob celerem hujus Sessionis priori successione quasvis eam auspiciandi solemnitates præmittendas, memoratosque Status Consilarios mandatum habere illico primum librum Codicis Criminalis examini & scrutinio Collegii tradendi, Imperatoremque ex propositis sibi Candidatis Com. a Montesquiou Præsidem Collegii legislativi denominasse. Absolutis orationibus Status Consiliariorum & novi renunciati Præsidis, Collegium functionem suam orsum est, in qua hodie progreditur.

## BIOGRAPHIA.

*Georgius Christoph. Lichtenberg* Consiliarius & Professor Physicæ Göttingæ, natus in urbe Oberamstadt pœne Darmstadam, die 1. Julii 1744. Jam adolescens Mathesi Physicæque se devovit, quas disciplinas in Gymnasio Darmstad fideli studio coluit, An. 1763. Göttingam profectus uberius in iis se excoluit. Anno 1770, 74, & 75 in Anglia moratus, Regi in persona innotuit, quod ipsum ulteriori ejus promotioni Göttingæ occasionem dedit. — Anno 1775 ordinarius factus Professor mathematicas &, fatis functo Cl. Erzelebenio, Physicas prælectiones instituit, atque per conscientiosam docendi rationem, alacritatem, qua proponebat, immortaliter de Academia & Cathedra sua meritus est. Anno 1788 adeptus Consiliiarii dignitatem, & 1799 24. Febr. inopinate & velociter ex pulmonum inflammatione extinctus est.

Lichtenberg excellens erat ingenium. decus Germanicæ litteraturæ; callebat eximiam illam artem: in libris, hominibus, & se æque legendi & observandi. — Ad lectionem & observationem adferens vastam rerum cognitionem, velocem diversissimarum, & difficillimarum rerum combinandi facultatem, artemque recens inventa perspicue, eleganterque adumbrandi, ingenii mentisque acumine, felici rerum combinatione, novis fertilibus earum cõtemplationibus; largaque polle-

Legem ei exhibituri, qua Imperio præfectus est; ubique in itinere magno Jubilo, & propensione exceptus est.

Status Colonialis noster autem merdicus contendit: præstationes, & onera æquis partibus dividenda esse. — Nobilitas intuitu hujus nulla exemptione, & privilegio fruatur; hoc argumentum excitat attentionem. — D. Comes Jacobus de la Garde in Curia Equitum propositionem facit, ut Nobilitas privilegii suis renunciet, quod genus Seculi in hoc argumento Sveciam usque penetraverit. Ob hæc patriotica sententia Colonialis Status deputationem gratiarum actoriam ad eum expedit, verum Equestris summam indignationem ea propter ei declarabat.

*Parisii die 2. Febr.* Heri hora prima Sessio hoc anno Collegii leg. ferend. inchoata est. Tres Consilarii Status: Treilhard, Faure & Giunci comparuerunt. Ille prælegit tria Cæsarea nuncia, quibus Collegio significatur: Ob celerem hujus Sessionis prioris successionem quasvis eam auspicandi solemnitates prætermittendas, memoratosque Status Consilarios mandatum habere illico primum librum Codicis Criminalis examini & scrutinio Collegii tradendi, Imperatoremque ex propositis sibi Candidatis Com. a Montesquieu Præsidentem Collegii legislativi denominasse. Absolutis orationibus Status Consiliorum & novi renunciati Præsidis, Collegium functionem suam orsum est, in qua hodie progreditur.

## B I O G R A P H I A.

*Georgius Christoph. Lichtenberg* Consiliarius & Professor Physicæ Göttingæ, natus in urbe Oberamstad pœne Darmstadam, die 1. Julii 1744. Jam adolescens Mathesi Physicæque se devovit, quas disciplinas in Gymnasio Darmstad fideli studio coluit, An. 1763. Göttingam profectus uberius in iis se excoluit. Anno 1770, 74, & 75 in Anglia moratus, Regi in persona innotuit, quod ipsum ulteriori ejus promotioni Göttingæ occasionem dedit. — Anno 1775 ordinarius factus Professor mathematicæ &, fatis functo Cl. Erxlebenio, Physicæ prælectiones instituit, atque per conscientiosam docendi rationem, alacritatem, qua proponebat, immortaliter de Academia & Cathedra sua meritus est. Anno 1788 adeptus Consilarii dignitatem, & 1799 24. Febr. inopinate & velociter ex pulmonum inflammatione extinctus est.

Lichtenberg excellens erat ingenium, decus Germanicæ litteraturæ; callebat eximiam illam artem: in libris, hominibus, & se æque legendi & observandi. — Ad lectionem & observationem adferens vastam rerum cognitionem, velocem diversissimarum, & difficillimarum rerum combinandi facultatem, artemque recens inventa perspicue, eleganterque adumbrandi, ingenii mentisque acumine, felici rerum combinatione, novis fertilibus earum contemplationibus; largaque polle-

bat vena temperamentii, quod benignitate affabilitateque animi cordisque mixtum personalem ejus indolem effecit. Quamvis dici nequeat, ab eo Physicam amplis detractionibus locupletatam esse, nihilominus doctrinae sua, & singularibus in hac scientia scriptis se certissimum, ingeniosissimum Physicæ & adfinium scientiarum Cultorem probavit. Novas fertilesque contemplationes jam ratiocinando, jam per conjecturam fecit, quantumvis teneræ, infirmæque valetudinis esset, attamen solitudinem remotamque ab omni strepitu vitam colendo otii satis reperit diversi argumenti opuscula edendi, quorum collectionem, defuncto auctore, D. Legationis Consiliarius L. C. Lichtenberg & Cl. Professor. Kries edi procurabant, eleganter prorsus & venuste. — Calendariis quot annis editis Göttingensis, & Magazino Scientiarum copia probatissimorum & æstimatissimorum ejus foetuum ingenii continetur. — Prolixa ejus Hogarthianarum æri incisarum imaginum declaratio, ejus eo adhuc superstiti 4 Editiones prodire, inexhaustibilis fons ingenii & mentis habetur. Insignis ejus physicus apparatus Universitati transcriptus.